

¶ Ansel. l. 7. c. 4. Ivo. p. 3. c. 139. ¶ al. honos. ¶ Ad. 4. ¶ In end. Epist. c. 6.

¶ Sermon. 52. ad Fratres in eremo. In Conc. Aquigr. c. 112. ¶ Beda 2. Co. xiv. 8. ¶ In q. 2. non sunt audient. ¶ Ansel. l. 7. c. 6. ¶ Rom. 12. & 2. Cor. 8. ¶ In q. 2. vobis enim.

¶ Sermon. 53.

¶ Sermon. 59. in extremo. ¶ al. aternitate.

¶ Et Epist. 109. ad Monachas.

¶ In prima Regula, c. 4.

Clericis omnia communia esse debent. ¶ Cimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter omnes Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maxime inter eos, qui in fortem Domini sunt electi, id est, Clericos: sicut in Actibus legitur Apostolorum: Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. ¶ Quicumque vestrum communem vitam susceperit, & vovit se nihil proprium habere; videtur, ne pollicitationem suam irritam faciat, ne damnationem Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed premium sibi acquirat: quoniam factus est non vovere, quam votum, prout melius potest, non perficere. Graviter enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam hincierunt; quam illi, qui vitam sine voto hincierunt; aut sine fide mortui sunt, & tamen bona egerunt opera. ¶ PITH. Catholicis.] V. C. Christianis. ¶ Qui sine voto aut fide mortui sunt.

X. Item AUGUSTINUS in Sermone de communi vita Clericorum. [c. an. 423. in Africa.] De eodem.

Nolo, ut aliquis de vobis inveniatur male vivendi occasione. Providemus enim bona, ut ait Apostolus, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos, conscientia nostra sufficit nobis, propter vos fama nostra non polluit, sed pollere debet in vobis. Tene quod dixi, atque distinguite. Duas res sunt conscientia, & fama. Conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conscientia suae negligit famam, crudelis est. ¶ Nulli liceat in societate nostra habere aliquid proprium: sed si forte aliquis non habet, nulli licet: & qui habuerit, faciant quod non licet. Non enim Episcopi est servare aurum, & a se revocare mendicantis manum. Quotidie tam multi petunt: ut plures tristes relinquamus: quia, quod possimus dare omnibus, non habemus. Non habemus ergo entheciam. ¶ Qui habere voluerit proprium, parum est ut dicam, non necum manebit, sed nec Clericus erit. Dixeram enim, & scio me dixisse, quod si nolent suscipere vitam socialem necum; non illis tollerem Clericatum: sed seorsum manerent, seorsum viverent: quomodo nolent. Deo viverent; & tamen ante oculos posui, quantum mali sit a proposito cadere. Malum enim habere cecum, vel claudos, quam plangere mortuos. Qui enim hypocrisis est, mortuus est. Quomodo ergo, quicumque voluerit extra manere, & de suo vivere, non tollerem ei Clericatum: ita modo, quia placuit illis, Deo proprio, socialis hac vita, quilibet cum hypocrita vixerit, quilibet inventus fuerit habens proprium, non illi permitto, ut inde faciat testamentum; sed delebo eum de tabula Clericorum. ¶ Qui non vult a mecum manere, & in communi vivere, habeat libertatem; sed videat, utrum habere possit felicitatis hereditatem.

¶ CORR. ROM. In initium huius Capituli usque ad versum. ¶ Qui habere voluerit, legitur in sermone de communi vita Clericorum, seu ad Fratres in eremo; cetera vero partim in sermone 57. ad Fratres in eremo, five sermone 3. de communi vita Clericorum, partim in eodem sermone 52. five 2. de quibus sermonibus adnotatum est, supra dist. 86. Partem huius Capituli refert Beda in Comment. 2. Cor. c. 8. sub hoc titulo, Ex sermone de vita & moribus Clericorum. ¶ Qui non vult. In sermone ipso praecedit, c. certè ego infra, eadem, & paucis interjectis sequitur, qui hoc non vult, habeat libertatem, &c.

XI. Item sermone 3. de communi vita Clericorum. [c. an. 423. ibid.] Non licet habere proprium eis, qui suis renuntiant, & communitate vivere spondent. ¶ Non dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia. ¶ Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, ut occulte ab aliquo literas, vel quolibet munus accipiat; si hoc ultro conlatur, parcat illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque convincitur; secundum arbitrium Presbyteri, vel Praepositi graviter emendetur. ¶ Cum huius nostrae Congregationis Fratres non solum facultatibus, sed voluntatibus propriis in ipsa Ordinationis susceptione renuntiaverint, & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati, & imperiis in Christo, & pro Christo subdiderint; certum est eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere debere sine Superioris licentia. ¶ Quod si propinquus, vel amicus, vel quilibet Fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit; primo quidem Priori innotuet: & sic suscipiatur, si ipse mandaverit. De quo tamen nihil fat aliud, nisi quod Priori placuerit.

¶ CORR. ROM. Caput hoc sumptum est ex sermone 3. de communi vita Clericorum, in quo Regula B. Augustini continetur, ac repetitur Epist. 109. sed in ea ad Monachas oratio convertitur.

¶ Cum huius nostrae. Hæc usque ad versum certum est, non sunt inventa apud B. Augustinum. ¶ Certum est. Hæc habentur in prima Regula, c. 4.

XII. Item Traitu. 50. ad c. 12. Joannis. [c. an. 412. ibid.] De eodem.

¶ Exemplum Domini accipe convertentis in Terra. Quare habuit loculos, cui Angeli ministraverunt; nisi quia Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? Quare furem admittit; nisi ut ejus Ecclesiae fures patienter toleraret?

XIII. Item PROSPER de Vita Contemplativa, lib. 2. c. 9. [simò Julian. Pomerius c. an. 496. in Gallia.]

Ecclesiarum Praepositi, verum dispensatores efficiuntur. ¶ Expedit facultates Ecclesiarum possideri, & proprias dominis amore contemni. Non enim propriæ sunt, sed communes Ecclesiarum facultates: & idè quilibet omnibus, quæ habuit, dimissis, aut venditis sit rei suæ contemptor; cum Praepositus fuerit factus Ecclesiarum, omnium, quæ habet Ecclesia, efficitur dispensator. Denique sanctus Paulinus, ut ipsi melius notis, ingentia prædia, quæ fuerunt sua, vendidit, pauperibus erogavit: sed cum factus esset Episcopus; non contempsit Ecclesiarum facultates, sed fidelissimè dispensavit. Quo facto satis ostendit & propria debere propter perfectionem contemni; & sine impedimento perfectionis posse Ecclesiarum facultates, quæ sunt profectò communes, possideri. Quid sanctus Hilarius? nonne & ipse omnia bona sua aut parentibus reliquit, aut vendidit pauperibus erogavit? is tamen, cum merito perfectionis suæ hereditatem Arelatenis Episcopus; quæ illa tunc habebat Ecclesia, non solum possedit, sed etiam accepit fidelium numerosis hereditatibus ampliat. Iste ergo tam sancti, tam perfecti Pontificis, factis evidentèr clamant posse, & debere fieri, quod fecerunt. Qui utique homines tam secularium, quam Divinarum rerum sine ambiguitate doctissimi, si sciunt res Ecclesiarum debere contemni; nunquam eas debuerant, qui omnia sua reliquerant, retinere.

XIV. Item GREGORIUS I. Felici Episcopo de Acropoli, lib. 2. Epist. 29. [an. 592. Romæ in Lucaniam.]

Diaconi, vel qualibet Religiose persona regularem vitam ducere cogantur. ¶ Quoniam Velina, Buxentina, & Blandana Ecclesiarum, quæ tibi in vicino sunt constitutæ, Sacerdotis noscuntur vacare regimine; propterea Fraternitati tuæ eorum solenniter operam visitationis injunximus: illud præ omnibus commoneat, ut ubi praefatarum Ecclesiarum, five dioceseos earum, vel Diaconi, vel Religiose personæ inventæ fuerint; dilicite, canonicèque vivant.

XV. Item MELCHIADES Papa. [simò Ildoro. Merc. c. an. 800.]

Quare in primitiva Ecclesia prædia vendebantur. ¶ Futuram Ecclesiam in Gentibus Apostoli prævidebant: idcirco prædia in Judæa minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fovendos egerunt. At vero, cum inter turbines, & adversa Mundi succresceret Ecclesia; eoque pervenit, ut non solum Gentes, sed etiam Romani Principes, qui penè totius Orbis Monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & Baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus Constantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per universum Orbem, sub suo degentes Imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare Ecclesias, & prædia tribuaria immensa contulit, & fabricam templi primæ Sedis beati Petri Principis Apostolorum instituit: adeo, ut sedem Imperialem, quam Romani Principes possederant, relinquere, & Beato Petro, Successoribusque suis profuturam concederent. ¶ Idem verò præsidens in sancta Synodo, quæ apud Nicæam congregata est, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait: Vos à nemine dijudicari potestis: quia solus Dei iudicio reservamini. Dii etenim vocati estis: & idcirco non potestis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps, Viri religiosissimi non solum possessiones, & prædia, quæ possederant, sed etiam semetipsos Domino consecraverunt, edificantes Basilicas in suis fundis in honorem sanctorum Martyrum per civitates, ac Monasteria innumera: in quibus cæcus Domino Servitium conventit.

¶ CORR. ROM. Ceteri etiam Collectores Melchiamed citant: quod consistere non posse rectè animadvertit autor Glossæ. Fit enim in hoc Capite mentio Nicænæ Synodi: quo tempore (ut ex ipsa Synodo, Eusebio, & ceteris Historicis apparet) jam Melchias obiit. Hæc autem in integrum in scripto de Primitiva Ecclesia, Lutetia bis impressa, sequitur quod in Collectione Ildori, Lutetia bis impressa, sequitur statim post decreta Melchias, quemadmodum supra, dist. 88. ad c. decrevit, adnotatum est. ¶ PITH. Ab illo enim tempore. Ex Greg. lib. 1. Epist. 24. circa med.

¶ Et in Conc. Aquigr. c. 35.

¶ quæ sunt profectò communia, orig.

¶ al. suscipere.

¶ Polyc. l. 1. tit. 19. Burch. l. 3. c. 2. & 5. Ivo. p. 3. c. 4. & 7. Pann. l. 2. c. 3.

¶ al. suscipere. Præfatus.

XVI. Item URBANUS Papa I. Epist. unice, c. 1. [an. 222. Romæ ad omnes Christianos.]

¶ Quare gratia fidelium hodie ab Ecclesia non alienentur. ¶ Videntes autem summi Sacerdotes, & alii, atque Levitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis posse conferre, si hereditas, & agros, quos vendebant, Ecclesiis, quibus præsidebant, Episcopi traderent; eò quod ex sumptibus eorum, tam presentibus, quam futuris temporibus plura, & elegantiora ministrare possent fidelibus communem vitam, & ducentibus, quam ex pretio ipsorum: cooperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere. ¶ I. Ipse verò res in ditione singularum parochiarum Episcoporum (qui locum tenent Apostolorum) erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus Episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus; ministrare cuncta necessaria debent, prore melius poterint, ut nemo in eis egens inveniat. ¶ 2. Ipse enim res fidelium oblationes appellatur, quia Domino offeruntur. ¶ 3. Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantum Ecclesiarum, quibus Episcopi præsent, Domino administrante creverunt, & tantis maxima pars earum abundat rebus, ut nullus sit in eis communis generis vitæ, indigens; sed omnia necessaria ab Episcopo, siveque Ministris percipit. ¶ 4. Ideò, si aliquis exiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc avellere nitatur; jam dicta damnatione feriatur.

XVII. Item AUGUSTINUS Traiatu 62. in Joannem. [c. an. 412. in Africa.] De eodem.

Hæbebat Dominus loculos: & a fidelibus oblata conferens, & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum Ecclesiasticæ pecunie forma est instituta: ut intelligeremus, quod præcepit, non cogitantem esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecunie servetur a Sanctis; sed ne Deo pro illa serviat, & propter inopiam timorem iustitiae deseratur.

XVIII. AUGUSTINUS in Sermon. 2. de communi vita Clericorum. [c. an. 423. ibid.] Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium.

¶ Ego sum, qui statueram, sicut notis, nullum ordinare Clericum, nisi qui mecum vellet manere; aut si vellet recedere a proposito; reddè illi tollerem Clericatum: quia desereret sanctæ societatis promissum, cooptumque consortium. Ecce in conspectu Dei, & vestro, tuto consilium. Qui volent habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus, & Ecclesia sua: maneat ubi volunt, & ubi possunt: non eis aufero Clericatum: nolo habere hypocritas. Malum enim esse quis nesciat? Malum est cadere a proposito: sed pejus est simulare propositum. ¶ Post pauca. ¶ 1. Si non servat, facitatem foris; dimissio cecidit: si vero intus habuerit simulationem; totius cecidit. Nolo ut habeat necessitatem simulandi. Scio quomodo homines ament Clericatum. Nemini eum tollenti mecum committere vivere.

XIX. Item in CONCILIO AGATHENSI, c. 48. [an. 506. in Gallia.]

De rebus propriis, vel acquisitis Episcopi hereditibus suis derelinquant.

¶ Episcopi de rebus propriis, vel acquisitis, vel quidquid de proprio habent, hereditibus suis, si voluerint, derelinquant. Quiddid verò de provisione suæ Ecclesie fuerit, five de agris, five de fructibus, five de oblationibus; omnia in jure Ecclesie retinere cœntinuis. ¶ PITH. Episcopi. Quicquid Episcopus de suo proprio habet, hereditibus suis, si voluerit, derelinquat, quicquid, &c. Ita V. C. ¶ Reservare.] V. C. reservari.

XX. Item in CONCILIO MARTINI PAPÆ, c. 15. [c. an. 572. in Hispania.] De eodem.

¶ Manifesta autem debent esse, quæ ad Ecclesiam pertinent, his qui circa ipsos sunt, Presbyteris, & Diaconis; ut si Episcopo contigerit inopinatus transitus, res Ecclesie nullo modo possint minui, & perire, neque res proprie Episcopi importunitate patiantur pro rebus Ecclesie: ut nec Ecclesia incurrat damnum, nec Episcopus in suis rebus pro rebus Ecclesie prolabatur. ¶ PITH. His qui circa ipsos. In conscientiam eorum qui circa Episcopos sunt. Ita V. C.

XXI. Item in CANONIBUS APOSTOLORUM, c. 41. [c. an. 281. ibid.] De eodem.

¶ Res Ecclesie sint in Episcopi potestate. ¶ Præcipimus, ut in potestate sua Episcopus Ecclesie res habeat. Si enim animæ hominum pretiosiores illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus, indigentibus omnia dispensentur per Presbyteros, & Diaconos, & cum Dei timore, & omni sollicitudine ministrantur. Ex his autem, quibus indiget, &c. ut supra. ¶ PITH. Presbyteris.] V. C. pretiosa. ¶ Dei.] Abest à V. C.

¶ In Capit. Martini Bracaren. ex can. 4. Concil. Antiocheni, mutatis verbis, sed salva sententia.

¶ Diaconis.] Add. V. C. ut hi omnes sciant quæ sunt Ecclesie propria. ¶ Ecclesia.] Add. V. C. in suis.

¶ IDEM statutum est. ¶ XXI. IN CANONIBUS APOSTOLORUM, c. 40. ubi legitur. [c. an. 281. in Syria.] De eodem.

¶ Int manifesta res propria Episcopi, (si tamen habet proprias) & manifestæ Dominicæ: ut potestatem habeat de propriis moriens Episcopus sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere: Nec sub occasione Ecclesiasticarum rerum ea, quæ Episcopi esse probantur, interdant. Fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos. Et iustum est apud Deum & homines; ut nec Ecclesia detrimentum patiantur ignorantia rerum Pontificis, nec Episcopus, vel ejus propinqui sub obtentu Ecclesie proficiantur, & in causis incidant, qui ad eum pertinent, morsque ejus a injuriis male famæ subiciatur. ¶ CORR. ROM. a Morsque ejus.] Antea legebatur, morsque ejus injuriis insistantur. Restitutus est locus expressæ verisione, cui totum reliquum Caput convenit. Græcè est, καὶ τὸν δόξαν διακονῶντος ἡ περιουσίαν, id est, & ejus mors maledictis nantique appetatur.

XXII. Item in EISDEM CANONIBUS, c. 41. [c. an. 281. ibid.]

Ex rebus Ecclesie Episcopus, si indiget, sibi, & suis necessaria sumat.

¶ Ex his autem, quibus Episcopus indiget (si tamen indiget) ad suas necessitates, & peregrinorum fratrum usus & ipse percipiat, ut nihil ei possit omnino desse. Lex enim Dei præcipit, ut qui altario deseruiunt, participant de ipso. ¶ CORR. ROM. a Et possit.] Legitur etiam, eis possit. Nam & in Græcis Codicibus partim est, partim, ut supra. ¶ PITH. Altario.] V. C. altari deseruiunt, de altari participant. ¶ Ita V. C.

XXIII. Item in CONCILIO ANTIOCHENO, c. 25. [an. 341. in Syria.] Res Ecclesiasticæ Episcopus dispenset.

¶ Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reverentia, & timore Dei. Participet autem ipse quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quam in Fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis utibus profuturis: ita ut in nullo qualibet occasione fraudetur, juxta Sanctum Apostolum sic dicentem: Habentes autem, & regnum, his contenti sumus. Quod si contentus istis minimè fuerit, convertat autem res Ecclesie in suos usus domesticos, & ejus commoda, vel agrorum fructus, non cum Presbyterorum conscientia, Diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus, filisque committat, ut per hujusmodi personas occultè res Ecclesie, Synodo provincie penas iste perfolvat. Si autem aliter accuseret Episcopus, aut Presbyteri, qui cum ipso sunt, quod ea, quæ pertinent ad Ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet Ecclesiastica facultate fibimet uterent; ita ut ex hoc affligatur quidem pauperes, criminationi verò, & blasphemis tam ferio predicationis, quam ii, qui dispensant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, sancta Synodo id quod concedet, approbante.

¶ CORR. ROM. a Occultè res.] In versione Dionysii legitur, ut per hujusmodi personas occultè ceteri ledantur Fratres Ecclesie, & concordat cum alia antiqua versione, quæ & ipsa est in tomis Conciliorum, ut per eorum secretam diligentiam Ecclesiastici ladi videantur, Græcè in codicibus, qui lecti sunt, habetur, ἵνα τὰ διὰ τὸν ταῖς λαλοῦντας ἀποκρύπτει τὰς λαγῶν τῶν κληρικών, id est, ut ex his rationibus Ecclesie latentèr ledantur. ¶ PITH. Et.] Sic etiam V. C. ¶ In.] Abest à V. C. ¶ Res.] V. C. ceteri: altera versio, ceteri ledantur Ecclesiastici.

XXIV. Item in CANONIBUS APOSTOLORUM, c. 41. [c. an. 281. ibid.]

¶ Res Ecclesie sint in Episcopi potestate. ¶ Præcipimus, ut in potestate sua Episcopus Ecclesie res habeat. Si enim animæ hominum pretiosiores illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus, indigentibus omnia dispensentur per Presbyteros, & Diaconos, & cum Dei timore, & omni sollicitudine ministrantur. Ex his autem, quibus indiget, &c. ut supra. ¶ PITH. Presbyteris.] V. C. pretiosa. ¶ Dei.] Abest à V. C.